Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



152

positione extenditur: que campestri uocabulo
innuitur. Bosor de tribu ruben esse scribitur: qui
uidens filius dicit. quia contemnentes propositū
illis congruit: quib' eterne ussionis fames & sitis
congruit. Ramoth excelsum signum dicit. p quā
oratio exprimitur: qua excelsum signum diui
ne protectionis asciscitur. Ramoth in galaad ce
scribitur: que accruus testimonii dicitur: quia
de doctrina utriusq; testamenti uere orationis
scientia & instantia addiscitur. Hinc est quod
cū moyses manus in oratione pseueranter extendit. isral amalech uincit. a quo prius uincebatur:
cum manus ab oratione remittebantur. Hinc
psalmista dicit. Clamabo p diem. & non exaudies:
& nocte. & non ad insipientiā michi. Hinc etiā
salemon dicit. Non cesses benefacere. & non uereris orare semper. Et item. Oratio humiliantis se penetrat nubes. Hinc etiā ieremias ait. Leuemus corda nostra cum manibus ad dñm. Hinc est quod
danieli Gabriel dicit. Ex die qua posuisti
cor tuum ad intelligendum. ut te affligeres in
conspectu dñi. propterea exaudita sunt uerba
tua. & ego uenio propter sermones tuos. Principe saut
regni persarū restitit michi. uiginti & uno diebus.
Quibus nimirū uerbis angelus patenter ostendit.
quia instantia, ppheticę orationis ereptionē iudaice captiuitatis impetrauerit. Unde etiā ipse sal
uator in euāglio discipulis suis ait. Vigilate & ora
te. ne intretis in temptationem. Et paulo ante.
Orate. ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato. Cuius rei
exemplum ipse dabat. cum predemptionē humani generis in oratione prolatabat. & cum factus
in agonia, plurius orabat. quando factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Hinc etiā apostolus ait. Orationi instantes.
uigilantes in ea. in gratiarū actione. Et item.
nomi loco leuantes puras manus sine ira & dis
ceptatione. Ramoth de tribu gad esse scribit.
qui accinctus dicitur. quia armis orationum
homo contra spiritalia nequicie accingitur.
sicut iterū Paulus fidelibus loquit. Arma
militie nostre non carnalia. sed potentia deo.
Et item. Non est nobis colluctatio aduersus
carnē & sanguinē. s; aduersus mundi rectores
tenebrarū harum. contra spiritalia nequicie
celestibus. Gaulon uoluntatio eius interpretat. p quam meditatio designat. in qua sce
scripture intelligentia multipliciter uoluitat.
De qua uoluntatione loquitur angelus dani
eli. Pertransibunt plurimi. & multiplex erit sci
entia. Gaulon in basan esse scribitur: que pin
guedo dicit. quia in contemplationis delecta
tione. meditationi sancte scripture insistitur.
Gaulon de tribu manasse esse memoratur:
qui oblitus interpretat. quia qui terrenorum
obliuiscit. meditationis delectatione iugiter
refitetur. Hę ciuitates euncti filii isral sunt con
stitute. quia conuersionis. probationis. profectionis. & pseuerantię. ut continentię. orationis.
& meditationis legat se euncti fidelibus. ad ce
nam ussionem tendentibus. sunt instituę.
Et aduenis qui inter eos habitant. peccatoribus
& sceleratis. qui in fide. spe. & dilectione contu
bernio spiritalium pseueranter se associant.
Et ad cassugat. ut in predictis uirtutū legib.
saluatis sibi confugium faciat. Qui animā nesci
pe uissent. qui in ignorantia dei & sui animę
suę letale peccati uulnus influxerit. Et non
moriatur in manu parentis. scilicet non expiatur iam iudicis xpi. effusum sanguinē
uindicare cupientis. propter quod noe pre
cepit. & eius filius. sanguinem non comederis.
Iudicat enī xpc sanguinem effusū. q nullo
peccatum dimittit in ultum. Quod aut san